**Bona inspiracio angeli contra desperacionem**

Ontra secundam temptacionem dyaboli dat ãgelus bonam ĩspiracionem dicens o homo quare desperas licet enim tot latrocinia furta ꝛ homicidia perpetrasses quot sunt maris gutte et arene. eciam si solus tocius mundi peccata cōmisisses. Eciam si de eisdem nūꝙ̄ prius penitēciam egisses. nec ea ↄfessus fuisses. nec e ciā modo ad confitendū ea facultatem haberes nihilominꝰ desperare nō debes: quia in tali casu sufficit sola contricio interior. Teste psalmo. Cor contritū et humiliatum deus nō despicies. Et ezechiel ait. Quacunqꝫ hora peccator ingemuerit saluus erit. Vnde Bernardus ait Maior est dei pietas ꝙ̄ queuis iniq̄tas. Et augustinus. Plus potest deus misereri ꝙ̄ homo peccare. In casu eciam quo tibi constaret ꝙ̄ de numero dampnandorum esses nequaꝙ̄ adhuc desperare debes eo ꝙ̄ per desperacōnem nihil aliud agitur nisi ꝙ̄ per eam p̄ijssimus deus multo magis offenditur et alia peccata forcius aggrauantur. pena quoqꝫ eterna vsqꝫ in interituz augmentatur. Xp̄us eciam ꝓ peccatoribus crucifixus est et n̄ ꝓ iustis vt ipsemet testatur dicens. Non veni vocare iustos ꝫ peccatores. Exemplum habeas in petro xp̄m negãte paulo ecclesiam persequente matheo et zacheo publicanis. maria magdalena pecatrice in muliere deprehensã in adulterio In latrone iuxta cristum in cruce pendẽte maria egipciaca ꝛ cetera

Nota ꝙ̄ cito infirmus sentit se temptari per desperacionem cogitet ꝙ̄ ipsã est peior ꝛ dampnabilior oībus peccatis et ꝙ̄ nunꝙ̄ debet admitti propter quecunqꝫ eciam peccata. Nam vt dicit augustinus. Plus peccauit iudas desperãdo ꝙ̄ iudei crucifigendo xp̄m. Secūdo cogitet ꝙ̄ vtilis et necessaria est spes. quia secundum crisostimuz est salutis nostre anchorã vite nostre fundamentum. dux itineris quo itur ad celum. Et ideo via nūꝙ̄ ē relinquēda t̄ propter quecunqꝫ peccata.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn321939328/18